hoc dixit. Mar. Tullius epiſtola quadam: partim ſuperbū te eſſe dicūt quod nihil reſpondeas: partim cōtumelioſum quod male reſpondeas & apud Liuiū ait nuntius ſexto Tarquinio patrē Tarquiniū ſuperbia inſita ingenio nullā vocem emiſiſſe: apud eundem ait hanno ſi reti-ceam aut ſupbus aut obnoxius videar. Pythius apollo: Apud En-nium dicit Pythius apollo ſe eſſe eum vnde ſibi omēs conſiliū expetant ſuarū re-rum: quos inquit mea ope ex incertis certos cōpoteſ-qꝫ conſilii dimitto. Oracu-la apollinis certiſſima & ma xime veridica cenſebantur apud priſcos: hinc ait. M. Tullius in epiſtolis ad bru-tum hæc ex oraculo apolli nis pythii edita tibi puta. ni hil poteſt eſſe verius. Dictꝰ eſt autē pythius a pythone vt fabulantur dracone: quē ſagittis in prima infātia cō fecit: alid detymō traditur a Macrobio & Strabone. Veriſimilia: Secundū plato nicos: qui veriſimilia pro-babant cū veritatem inue-niri poſſe diffiderent. hinc ſcripſit Lactātius opinatio nē eē in phyloſophia acade micorū: q ſciētiā ſuſtuliſſēt āplexiqꝫ eēnt ignorantiā: a quo arceſilas academicꝰ dic tꝰ ē ignorātię magiſter cū affirmaret nihil ſciri poſſe. Democritꝰ quoqꝫ veritatē iacere demerſā i pfūdo tradidit. Et Socrates ſe nihil ſcire dixit: niſi hoc vnū quod nihil ſciat: hic vt inqt idē Lactātiꝰ academię diſciplina manauit: ſi tñ diſciplina dici pōt: i q ignorātia & dr̄ & do cet: hic. M. Tulliꝰ i hortēſio opinioſiſſimos appellat phyloſophos: qm̄ .ſ. opinār tāq̄ nihil cōprehēdi poſſit: de ſeipſo quoqꝫ loqns ait magnꝰ quidē ſum opinator. Pręcipi poſſe: Taxat inuerecūdiſſimos philoſo-phos: q ſibi veritatē cōpertā eſſe aſſeuerabāt: verū vt inqt Ariſtoteles libro ſecūdo de cęlo & mūdo. Enūciare de oibꝰ & pteimittere nihil

lo. M. quid ſi te rogauero aliquid nonne reſpondebit. A. ſuperbum id quidem eſt. Sed niſi quid neceſ-ſe erit: malo ne roges. M. geram tibi morem & ea quæ vis: vt potero explicabo: nec tamē quaſi Pythius Apollo: certa vt ſint & fixa quæ dixero: ſed vt homunculus vnus e multis probabilia coniectura ſe-quens: vltra enim quo progrediar quam vt veriſimilia videam nō habeo. Certa dicent hi qui & percipi ea poſſe dicunt: & ſe ſapientes eſſe profitentur. A. tu vt videtur: nos ad audiendum parati ſumus. M. mors igitur ipſa quæ videtur no-tiſſima res eſſe: quid ſit primum eſt vidēdū: ſunt enī qui diſceſſum animæ a corpore putēt eſſe mortem: ſunt qui nullū cenſeant fieri diſceſ-ſū: ſed vna aīum & corpꝰ occidere

Pythius vnde

Opinatio academi-corum

Ignoran-tię magi-ſter

Opinoſiſ ſimi

ſignum videri poteſt magnæ ſtulticiæ. Sunt qui d.ſceſſum : Omnis de aliqua re inſtitutio debet a definitione proficiſci vt intelligatur quid ſit id de quo diſputetur per finitionem enim vt inquit Boetius cuncta colliqueſcunt: primo definit mortem ſecundum platonicos a quibus dicitur οθαρατοσ εστ ηψυΧησ καισωματοσ Δια

Finitio

λυσισ: ideſt mors eſt animæ corporiſq; diſſolutō:

Mors quid

Nullum diſceſſum: Hoc ſecundum epicureos & Plinium & multorum credulitatem: qui exiſtimant totum hominem commori. In quā ſententiam calamo vadit verſuq; Lucretius q ſcribit in tertio De rerum natura. Nunc age natiuos animātibus & mortales eē animos animaſq; leues vt noſcere poſſis. Diu permanere: Hoc ſentiebat zeno & ſtoici. Cor ipſum anim⁹

animumq; cum corpore extingui qui diſcedere animum cenſent: alii ſtatim diſſipari: alii diu permanere alii ſemper: quid ſit porro ipſe animus aut vbi aut vnde magna diſſētio eſt: alias cor ipſum animus veſter: ex quo excordes vecordes cōcordeſq; dicūtur & naſica ille prudens bis conſul corculum appellatus & ægregie cordatus homo catus: Aelius textus. Empedocles autem animum eſſe cenſet cordi ſuf-

Cor

Fons venarū & vitæ

videtur : Ariſtoteles in primo de anima percenſet opiniones multas ſuper anima veterum phyloſophorum: locum indico ad quem ſi voles poſſis accedere. In corde vt ait Plinius habitat mens. Et ſecundū Ariſtotelem. Cor. fons eſt venarum arteriarum & ſenſuum. Et vt inquit Auicenna. Cor eſt principium virtutis vitalis. Fons vitæ & radix dicitur ab interprete Galieni. Excordes: Hinc comprobat opinio

Excordes

Vecordes

eorum quibus cor ipſum animus videtur : tanquam excordes dicantur ſine corde: hoc eſt animo: quo ſapimus Sic & vecordes dicti mali cordis: hoc eſt turbati animi ideſt velaui ſiue mala ſani. Concordes vero quaſi eiuſdem animi. Naſica: Tullius in bruto: publiū etiam Sci

Corculi

pionem naſicā: qui eſt corculum appellatus: qui item bis conſul & cenſor fuit habitum eloquentem maioris illius qui ſacra acceperit filium dicunt. Plinius in. vii. Catos corculos apud romanos cognominatos eſſe refert: qui ſapientia preſtiterunt: Aegregie cordatus homo: Apd Mar. Tulliū in primo de oratore inquit Lucius Craſſus. Sic in noſtra ciuitate contra ampliſſimus atq; clariſſimus vir vt ille: qui ꝓpter hāc iuris ciuilis ſcientiam ſic appellatus a ſummo poeta eſt. Aegregie cordatus homo Catus Elius ſextus. Ex his verbis obſeruauimus hunc eſſe verſum heroicum ennianum: vbi Dactylus eſt in quinta ſede ex ritu priſcorum: apud quos. ſ. abiciebatur velut ſibilus: hic autē ſextus

Elius non ſolum Cordatus dictus eſt: ſed & Catus cognominatus: Cordat⁹.
non quia vt aiunt ſapiens: ſed acutus. Catum enim acutum dicunt Catus.
ſabini Et cara dicta accipienda ſunt. Acute dicta auctor Mar. Var-
ro porphirio tamen oratianus interpræs catum exponit pro experto
& docto. Cum ait Oratius. Poſt hæc ille Catus quantumuis ruſticus

fuſum ſanguinē: aliis pars quædā cerebri viſe eſt animi principatum tenere. Aliis nec cor ipſum placet nec cerebri quādā partē eē animū: ſed alii in corde: alii in cerebro di-

ibit. Et Plinius. Catos a ſa-
piētia dictos intelligi vult ſi Empe-
cut Corculos. Empedocles docles.
Hic fuit agrigētinus: qui ex
lite & amicitia inter ſe diſſi
dētibus cūcta cōſtare autu-
mat. Præcepta ſapiētiæ ver
ſibus cōplexus. De quo Lu
cretius. Carmina quin etiā diuini pectoris eius vociferātur. Et expo-
nūt pclara reperta vt vix humana videat ſtirpe creatus. De empedo-
cle nō pauca Laertius Diogenes & alii cōpluſculi. Cęterū Ariſtoteles Sanguis
refert Empedoclē aiam cōſtitutiſſe ex quattuor elemētis. Sanguinē anima
ob hoc poeta purpureā aiam nominauit. Origenes in ſecūdo periar- carnis
chon ſanguinē omniū aialiū aiam ipſorū eſſe euidentiſſime deſignari
tradit. Ex illo eccleſiaſtico. Nō māducabitis ſanguinē: quia aia totius
carnis ſanguis eſt: ipſe aiam definit ſubſtātiā eſſe ſenſibilē & mobilem
Lactātius in libro de opificio docet ſanguinē nō aiæ eſſe materiā ſed
alimētum: quāuis cōſumpto ſanguine anima extingui videatur: ſicut
oleū nō eſt ipm lumē: quāuis cōſumpto oleo lumē extinguatur: ſed ē
nutrimētū. Cricias philoſophus dixit animā eſſe ſanguinē. Pars q̄- Cerebrū
dā cerebri: Hoc eſt: vt verbis Plinii vtar: viſcerū excelſiſſimū pximū- regimen
q; cælo capitis ſine carne: ſine cruore ſine ſordibus: hic habet ſenſuū mentis.
arcem: hic culmen altiſſimū: hic mētis eſt regimen. Ait Auicenna cere
brū eſſe principiū virtutis ſentiendi & mouendi. Ambroſius in ſexto
Exameri initiū inquit neruorū & omniū ſenſuū volūtarie cōmotio-
nis cerebrū eſt. Ambroſio & reliquis idē ſentiētibus. Refragatur: Ari-
ſtoteles: qui indubitanter profitetur a corde oriri & venas: & neruos. Idē ne ſit
Sed in alii in corde. Aliud eſt cor ipſum & cerebrū eſſe animū aliud anima &
ſedē & domiciliū animi: illud enim tāquā materia hoc tanquā locus. animus.

Animū alii animā: Inextricabilis quæſtio. Idē ne ſit anima & ani-
mus: an aliud cū aia dicatur eſſe qua viuimus. Animus quo ſentimus
& ſapimus. Nō deſunt Argumēta in vtrāq; partē. Qui.n. vnū eſſe di
cūt hāc rationē ſequūtur quod nec viui ſine ſenſu poſſit nec ſentiri ſi-
ne vita. Iccirco animū & aiam indifferēter appellāt duo Epicurei poe
tæ. Qui aūt dicūt eſſe diuerſa ſic Argumētantur ex eo poſſe intelligi
aliud eſſe animū aliud eſſe aiam: quia icolumi aia mens. i. anim⁹ poſſit

extingui quod accidere ſoleat inſanis. Actiana ſentētia eſt. Sapimus
Animus — animo fruimur anima. Sine animo anima eſt debilis. Lucretius animū
Cōſilium — dici mentē & conſiliū oſtendit ſic ſcribēs. Conſiliū quod nos animū
idem. — mentēqȝ vocamus. Idem ſentit animū & animā idem eſſe mortalēqȝ
Mens — cum ait. Atqȝ animā verbi cauſa cū dicere pergam. Mortalē eſſe do=
cēs: animū quoqȝ dicere cre
das. Quatenus eſt vnū iter
Agere — ſe cōiūctaqȝ res eſt. Agere
animā. — animā: Moriētes cū in mor
te ſunt. Et in extremitate vi
tæ agere animā dicūtur Au
guſtin⁹ in. xiii. nullus eſt er=
go moriēs niſi viuēs: quo=
niā cū in tāta eſt extremita
te vitæ in quāta ſunt quos
agere animā dicimus: ꝑfec=
to q nōdū anima caruit ad=
huc viuit. Celius i epiſto'ıs:

xerūt animi eſſe ſedē: & locū. Aīm
aūt aīam etiā fere nrī declarāt no=
minari. Nā & agere aīam & efflare
dicimus: & aīoſos & bene aīatos:
& ex animi ſententia. Ipſe autē ani
mus ab anima dictus eſt: zenoni
ſtoico animus ignis videtur: ſed
hac quidē quæ dixi cor cerebū ani
mam ignem vulgo: reliq̄ vero fere

Hortēſius. Cū has litteras ſcripſi animā agebat. Seneca ſe correptū eē
Suſpiriū — mala valitudine refert in epiſtolis moralibus quam ſuſpiriū appellat:
qđ animā agere eſſe dicit. Efflare: quaſi flatū exhalare. Virgili⁹ dixit.
Ex animi — Vitā exhalantē: ſecūdū eos: qui animā ventrū eſſe volūt. Ex animi
ſentētia. — ſentētia: Quotidiana loquutio qua vtimur quādo ſignificamus aliqđ
factū eſſe prout optamus & volumus. Cēſores ita verba cōcipiebāt: &
Cauilla= — tu ex animi tui ſentētia vxorē habes. Quidā olim cauillator & ridicu
tor. — larius homo feſtiuiter reſpōdēs: habeo æ quidē inquit vxorē ſed non
ex animi tui ſentētia: tū cenſor eū qđ intēpeſtiue laſciuiſſet in ærarios
Vnde ani — rettulit. Animus ab anima: Lactātius in libro de opificio. Alii ſan=
ma dicta. — guinē animā eſſe dixerūt. Alii ignē: Alii vētū: vnde aīa vel animus no
& anim⁹. — mē accepit quod græcæ: vētus αρεμοσ. Dicitur: vnde & etiā pro
ſpiritu: & halitu: & odore oris ponitur apud ſcriptores idoneos. Virgi
lius animas & olētia mediora fouent illo. Plautus feret aīa vxori tuę.
Lucanus: cōtinuitqȝ animam ne quas effundere voces poſſet Græci
Pſyche — animā ψυΧηρ vocāt quaſi αραψυΧορ qđ reſpirendo refrigeret.
vnde. — Cauſa enim corpori viuēdi eſt: reſpirādi & refrigerandi vim exhibēs:
vel quaſi φυσεΧειρ qđ ſcilicet phyſin: ideſt naturā cōtinet: auctor
Plato in cratilo: & origines in libris periarchon. Anim⁹ ignis videt̄
Qui animā ignem eſſe putauerūt hoc vſi ſunt argumento: qđ p̄ſente
anima corpus caleſcat: recedēte frigeſcat. zeno cōditor ſtoicæ ſectę:
& alii nō pauci animā eſſe ignē putauerūt: Democritus quoqȝ in eadē
ſentētia eſt. Vulgo. Quaſi dicat rudes ac male eruditos paſſim tra=

dere ſuperiora. Proxime ariſtoxenus muſicus. Ariſtoteles libro ſepti mo politicorũ videtur inquit cognatio q̄dã eſſe nobis cũ harmoniis & rithmis: quapropter multi ſapientũ dixerũt. Alii quidẽ animũ eſſe harmoniã: alii vero habere harmoniã. Idem libro primo de anima reprælendit eos: q animã eſſe dicũt harmoniã & quaſi concentũ: quoniã inqt mouere nõ eſt harmoniæ animæ autem attribuũt hoc oẽs itaq; cõuenit magis dicere harmoniã de bona corporis cõſtitutione q̄ de anima. Cũ impoſſibile ſit: vt placet illi: animã eſſe harmoniã. Socrates apud Platonem in phedone. Nõ recte inquit harmoniã eſſe animã dicimus: attamen ariſtoxenus hoc cũ primis aſſerebat: quẽ litterarum veterũ diligentiſſimũ & Ariſtotelis philoſophi auditorem fuiſſe memoriæ proditũ eſt qui librũ de pithagora ſcripſit: Ariſtoxeni hanc de anima opinionẽ refellit Lactantius: ſcite & eleganter oſtẽdens animam harmoniam eſſe non poſſe: quoniam inquit fides ſua ſponte canere non poſſunt: animus autem ſua ſponte & cogitat & mouet. Fidibus: Cythara & chordis muſicis. Virgilius Threcia fretus cithara fidibuſq; canoris. Harmonia: Græci harmoniã vocant cõcentũ in muſicis: qui ex diſſimilimorũ vocũ moderatione cõcors efficitur. Diapaſon harmoniam effici ex ſeptem tonis tradunt: hoc eſt vt interpræ tatur Plinius vniuerſitatem cõcentus. Illud anno tandũ: quod penultima corripitur contra conſuetudinẽ vulgi perpetam producentis. Lucretius harmoniam gaii quam dicunt. Intẽtionẽ Concentũ modulationẽ a chordis intendendis: alii legũt incentionẽ ab incinnendo: ideſt canendo. Sic Au Gellius ſcribit incentiones tibiarum fuiſſe medicinam plurimis hominũ morbis a Mar. Varrone incentiua tibia dicta eſt ab incinendo: ſicut ſuccẽtiua a ſuccinẽdo. Cie ri: Moueri fieri. Ab artificio ſuo: cũ eſſet muſicus: nõ receſſit a muſico artificio: tãquã anima ſimili ratiõe cõſtaret in homine: qua cõcors modulatio conſtat in fidibus. Xenocrates: Hic diſcipulus fuit Platonis philoſophorum ſeueriſſimus: hæbes ingenio ac tardus: adeo vt illum Plato diceret egere calcaribus: cuius verbis tãta fides habebatur

ſinguli vt multi ante veteres. Proxime aũt ariſtoxenus muſicus idẽq; philoſophus ipſius corporis intẽtionẽ quãdã velut in cantu & fidibus quæ armonia dicitur: ſic ex corporis totius natura: & figura varios modos fieri tãq̄ in cãtu ſonos hic ab artificio ſuo nõ receſſit: & tamẽ dixit aliqd quod ipſũ quale eſſet: erat multo ante & dictũ & explanatũ a Platone. Xenocrates animi figurã: & quaſi corpus negauit eſſe vllã: verum numerũ dixit

An harmonia ſit animus.

Diapaſon harmoniam.

Incẽtiones.

Incẽtiua tibia.

Xenocrates.

vt cū iniurati nullius teſtimoniū admitteretur: huic ſoli iniurato cre-
deretur. Ante Pithagore viſum: Pithagoras ſectatoreſq; Pithagore
numeris cūcta cōtineri opinabātur: & animas ſociari corporibus cer-
ta numerorū ratione: quibus deficiētibus arcana vis illa ſoluitur: qua
ſocietas ipſa conſtabat. Ariſtoteles quoq; recēſuit ſententiā philoſo
phorū: qui animā numerū
eſſe crediderūt. Eius do-
ctor: Xenocratis magiſter.

Triplex anima Platonis.

Triplicem finxit animā: Plato in timeo tripartitam animā eſſe dixit: primā eius rationabilē partē tenere capitis arcē: ſecūdā excandeſcentiā ſiue iraſcētiā: ad domiciliū cordis atq; præcordia deductā eſſe: tertiā quā appetitū cupiditatēq; dicere poſſumus: in iecore habitātē facit: infernaſque ſedes obtinere: vt popinas quaſdā & latrinarū latebras: totum vero hominē in capite vultuq; eſſe: nāq; prudentiā ſenſuſq; omnes: capite cōtineri: cætera vero membra ancillari & ſeruire: tūc animanti ſanitatem adeſſe & pulchritudinem cum ratio totam regit: parentq; inferiores duæ partes. Cum vero iraſcentia ſiue cupiditas ſibi ſubiecerint dominam illam reginā q; rationem. tunc cuncta tumultuari. Et per turbationibus vexari dixit. Ariſtoteles hanc Platonis ſententiam taxare creditur cum ait quidam dicunt animam eſſe patibilem: & alio intelligere: alio concupiſcere: re enim vera non partes animæ dicende ſunt: ſed potētiæ vnde ait idem Ariſtoteles animā definiri: vegetatiuo: ſenſitiuo: intellectiuo: & motu: cū anima ſit: id quo viuimus: & ſentimus: & mouemur: & intelligimus

eſſe cuiuſuis vt iā antea Pythagore viſum erat natura maxima eſſet eius doctor Plato triplicem finxit animā cuius principatum. i. rationem in capite ſicut in arce poſuit: & duas ſeparare voluit: irā & cupiditatem quas locis ſuis diſcluſit: iram in pectore cupiditatē ſubter præcordia locauit. Dicearchus autem in eo ſermone quem corinthi habitum tribus libris exponit doctorum hominum diſputantium Primo Libro multos loquentes

Potentię animæ

Octone ptes aiæ

Diſclu-

Mar. Varro animas hominū diuidit in octonas partes Quinque ſunt quibus ſentimus. Sexta qua cogitamus. Septima qua progeneramus. Octaua qua voces mittimus. Locis diſcluſit: diſiūxit diſſeparauit: Virgilius diſcludere nerea ponto: & prior Virgilio Lucretius dixerat: comparibus iungi res & diſclūdere mūdū. Dicearchus hic fuit meſenius & opinatus eſt hominū exordium nullum extitiſſe: tanquam ſemper fuerit humanū genus: compoſuit tres libros in quibus per dialogū diſputatores diſſerebant: ſub quorū diſputatione ſuā ſuper animā ſententiā declarauit: qua animā nihil aliud eſſe arbitra-

facit: duobus Pherecratem quẽdã Phthiotam ſenẽ quẽ a Deucalio- ne ortum differẽtem inducit: nihil eſſe omnino animũ & hoc eſſe nomẽ inane: fruſtraq; & animalia: & animãtis appellari: neq; in homine ineſſe animũ: vel animã: nec in beſtia. Vimq; omnẽ eam qua vel agamus quid vel ſentiamꝰ: in omnibus corporibus viuis æquabiliter eſſe fuſam: nec ſeparabilẽ a corpore eſſe: quippe quæ nulla ſit: nec ſit quicquã niſi corpus vnũ & ſimplex: ita figuratũ: vt temperatione naturæ vigeat & ſentiat: Ariſtoteles lõge omnibus ( Platonẽ ſemp excipio) præſtãs: & ingenio & di-

batur: quã vim quandã atq; potentiã æquabiliter fuſam ſparſam: di- geſtã. tã in corporibus brutorũ q̃ hominũ: quæ a corpore foret inſe- parabilis: vt a morte nullus ſenſus ſupereſſet: ſed totũ animal cõmore- retur: quiddã cõſimile ſenſiſſe vidẽtur nõnulli eccleſiaſtici ſcriptores qui ex traduce. Animas venire cõfirmant: & ſimul cũ corporali eas ſe- mine ſeminari: qua ſentẽtia oſtendũt animas eſſe mortales: ſi enim ſicut animalia cætera ex ſolo ſemine oriũtur: ita eſſe de hominibꝰ ſentiamus: ſupereſt vt idẽ ſit interitus. huic dicearchi ſentẽtiæ ſubſcribit illud ex eccleſiaſtice: vnus interitꝰ eſt hominis & iumẽtorũ: & a qua vtriſq; cõditio. Phthiotã: ex phthia ciuitate theſaliæ: a qua achilles phthius dictꝰ

*Aĩa ex traduce*

A deucalione: ſub quo diluuiũ fuit: ante quod fuerat cataclyſmos: ideſt diluuiũ alterum: quod ogygis diluuiũ appellat: quoniã eius tẽporibus magnũ factũ eſt & longæ maius: quã poſtea fuerit tempore deucalionis.

Fruſtra animãtes: Si nulla eſt anima: conſectariũ eſt vt fruſtra dicantur animalia & animantes: quæ ab anima nomen ſortiũtur. Animantia autẽ ſuperiorẽ tenent locũ: & animalia ſub ſe habẽt atq; cõplectũtur: tã q̃ genus ſpeciem. ſunt enim quædã quæ animã habent: nec ſunt animalia: ſed animantia: ſicuti ſatis & arbuſtis animã alentem ineſſe tradunt: quam philoſophi recentiores vegetatiuam appellant. Itaq; viuere & mori illa dicimus: nec animalia tamẽ ſed animantia nuncupantur: vt docet Seneca libro viii. epiſtolarũ moraliũ.

*Animantia*

*Aĩa alens vegetatiua.*

Platonẽ ſemp excipio: Vbique Mar. Tullius Platonẽ anteponit omnibus philoſophis: eũq; modo diuinũ. Modo deũ philoſophorũ nominat: de quo dixit Ariſtotiles: talem nulla ferrent ſecla futura virũ: qui apollinis filius creditus eſt verũ recentiores philoſophi Ariſtotilem ſolum ſectantur: nec digitum quidẽ tranſuerſum ab Ariſtotelica eruditione diſcedũt: quã ſi bene perciperẽt profecto cognoſcerẽt. Dogma Platonis & Ariſtotelis eſſe cõſimile. In hãc

*Deus philoſophorũ Plato.*

ſentētiā ait in.v.de finib⁹ Ariſtoteles:quē excepto Platone:haud ſcio an recte dixerim principē philoſophoꝝ. Quattuor genera:elemēta ſignificat. Entelechiā:Ariſtoteles in primo de aia:animā entelechiā quandā eſſe tradit:Albertus quoq; magnus inter Ariſtotelicos famigeratus libro.xvi.de aialib⁹ animā eſſe memorat entelechiam corporis organici.Ita cuncti Ariſtotelis interp̄tes vnanimiter tradūt:ſed hinc exoritur quæſtio: vtrū entelechiam an endelechiam dicere debeamus.cū proximitas q̄dā ſit in pronūciatu: in ſignificatu vero diſcriminatio nō parua. Endelechia eni per .D.ſignificat vt hic interp̄tať Cicero cōtinuā motionē:qualis in anima cognoſcitur:endelechiſmos eſt cōtinuata mobilitas : entelechia vero per. T. ſignificať pfectio quædā & cōſumatio : & enteleches pfectus: ex hoc ciceromaſtiges conflarūt calūniā Ciceroni pinde ac ignaro ñ ſolū philoſophiæ:ſed ēt grȩcarū lraꝝ tā q̄ paꝝ ſcite:parūq; ꝑſpiciē ter ēdelechiā dixerit cū entedechiā diceř debuerit:qđ Ariſtotelici oēs ſentiūt: tāq̄ Ariſtoteles aiam eſſe dixerit entelechiā hoc ē pfectionē quāpiā pfectȩq; naturæ ſubſtātiā celeſtē & ethereā: ether.n.vt inqt Apuleius in coſmographia:nō eſt elementum vnū ex quattuor:q̄ nota ſunt cūctis:ſed lōge aliud nūero qntū ordine primū genere diuinū & inuiolabile: vel poti⁹ ex qnta nō magis noiata natura q̄ non intellecta animā ꝑduxerit: verū ſiue entelechia ſiue endelechia dicať aia:vtrūq; ꝑbabile eſt vtraq; ſignificatio cōueniēs: nec vlla pōt dici cā cur hoc q̄ illud magis ſit Ariſtotelicū: nec vllo argumēto colligere poſſunt:entelechiā potius:q̄ endelechiā ab Ariſtotele ſcriptū eſſe tā.n.verbū nouū hoc q̄ illud: nec minus altero ſignificari animus q̄ altero poteſt. Democritū:Democritus abderites:theologiā & aſtrologiam didiciſſe fertur a magis & chaldeis:cū gymnoſophiſtis quoq;

ligentia : cū quattuor illa nota genera principiorū eſſet cōplexus e quibus omnia orirentur: quintam quandā naturam cenſet eſſe: e qua ſit mens. Cogitare.n. & prouidere & diſcere:& docere:& inuenire aliquid:& tam multa alia meminiſſe: amare:odiſſe:cupere:timere: angi: lætari: hæc & ſimilia eorū:in horū quattuor generū nullo ieſſe putat. Quintum genus adhihet vocans nomine: & ſic ipſum animū endelecheiam appellat nouo nomine. Quaſi quandā cōtinuatā motionem: & perennē. Niſi quæ me forte fugiūt: he ſunt fere omniū de animo ſententie. Democritū eni illū magnū quidē virū : ſed leuibus & rotūdis corpuſculis efficientē ani

Entelechia.
Endelechia.
Endelechiſmos
Entelechia.
Enteleches.
Ciceromaſtiges
Ether.
Democritus.

congreſſus eſſe: in philoſopha pentathlos extitit: ideſt quinq; certaminū ſcius:nāq; naturalia:moralia:mathematica:liberales diſciplinas artiūq; omniū peritiā callebat: huic omnia quæ a mortalibus fierent ridicula ac ridenda videbantur:ſicut heraclito flenda vnde gelaſinus cognominatus:de quo Seneca. Oratius, Iuuenalis cæteri: hūc Plini⁹ virum ſagacem & vitæ vtiliſſimū fuiſſe refert : ſed nimio iuuādi mortales ſtudio prolapſum:hic ſequutus ſectam doctoris Leucippi ex atomis inter ſe temere coeuntibus dixit mūdum eſſe concretum:quæ corpuſcula ſunt inſecabilia:leuia:aſpera rotunda:angulata & hamata ex eiſdē corpuſculis animū quoq; conſtare credidit ſpiritu inſerto:ſed vt ait Lactantius in libro de ira dei: q̄to melius fuerat tacere : q̄ in vſus tam miſerabiles tam inanes habere linguā Mar. Tullius quoq; in.ii.de natura deorū illudens hos : qui ex atomis cūcta conſtituūt ſi inquit mundū efficere poteſt concurſus atomorū:cur porticū: aut templū cur domū:cur vrbē nō pōt? q̄ ſunt minus operoſa & multo quidem faciliora: tradit tamen Ariſtoteles democritum dixiſſe animū eſſe ignē. Harū ſentētiarū:p̄ter has ſētētias aliæ quoq; ſunt alioꝝ philoſophorū ſuper aīa opiniones. quas diſperſim traditas in vnum collegimus. Hippon animam dixit eſſe aquam Diogenes: aera: anaxagoras νουν: ideſt mentem & intellectum : poſſidonius ideam: aſclepiades quinq; ſenſuum exercitium ſibi conſonū:hippocrates ſpiritū tenuē per corpus oē diſperſum:heraclitus pōtic⁹ lucē

mū cōcurſu quodā fortuitu omittamus. nihil eſt enim apud illum q̄ non atomorū turba cōficiat: harū ſententiarū quæ vera ſit : deus aliquis viderit:quę veriſimilis magna queſtio eſt. vtrum igitur inter has ſententias diiudicare malumus:an ad propoſitū redire? A. cuperem equidē vtrūq; ſi poſſet. ſed eſt difficile cōfundere quare ſi vt iſta nō diſſeram⁹ liberari mortis metu poſſumus: id agamus : ſin id non poteſt niſi hac queſtione animorum explicata : nunc ſi videtur hoc : illud alias. M. quod malle te intelligo id puto eſſe cōmodius : efficit .n. ratio vt quecūq; vera ſit earum ſententiarum : quas expoſui mors aut malū nō ſit. aut ſit bonū poti⁹. nā ſi cor aut ſanguis aut cerebrum eſt animus certe quoniā eſt corpus interebit cū reliquo corpore. ſi aer eſt fortaſſe diſſipabitur ſi ignis extinguetur: ſi eſt vt placet Ariſtoxeni harmonia diſſoluetur. quid de

Pentathlos.

Gelaſin⁹

Mūd⁹ ex Atomis.

Opiniones aīa cōp[illegible]ſcule

heraclitus phyſicus ſcintillam ſtellaris eſſentiæ . Critolaus cõſtare eã
de quinta eſſentia:hipparchus ignem: anaximenes aera:empedocles
& cricias ſanguinem:parmenides ex terra & igne. Xenophanes ex ter
ra & aqua quidam calidũ dicunt animam : quidã frigidum : propter
reſpirationem: Mar. Varro ita definit anima eſt aer cõceptus ore: de=
ferueſactus in pulmone tẽ=
peratus in corde : diffuſus
in corpus inter tot diſſidia
philoſophorum obtinuit:ta
men ſententia ſuũ eſſe ani=
mæ in corporalitatem in
mortalitatẽq;. Magna quæ
ſtio: quid ſit anima inquit
Lactãtius nondũ inter phi
loſophos conuenit: nec vn
q̃ fortaſſe conueniet igno=
ratur enim quæ ſit natura
animi. Nunc hoc.ſ.agamus
Illud alias.ſ.agemus. Si ai=
ma eſt: ideſt aer & ſpiritus:
quod diogenes & varro &
alii animã eſſe tradiderunt
Nihil poſt mortem: Quo=
niam his prædictis ſenten
tiis declaratur animas eſſe
mortales: & a morte nullũ
ſenſum eſſe ſuperſtitẽ : ſed
cum vita ſimul amitti. Re
liquorum ſententiæ: vt Pla
tonis vt Ariſtotelis vt Cæ
terorum : qui animas eſſe immortales affirmant' In cælum quaſi in
domicilium: in. vi. de repu. ait. M. Tullius hinc profecti huc reuertun=
tur: & Oratius: Serus in cælum redeas. Seneca in epiſtolis: animã ſci=
pionis in cælum ex quo erat rediiſſe perſuadeo mihi. Librum de
animo: De animæ immortalitate : hic Platonis liber alio nomine in=
ſcribitur phedon: a nomine videlicet phedonis philoſophi elidenſis:
qui fuit ex cohorte illa ſocratica. Ingenio liberali : & vt quidam ſcrip
ſerũt ſeruitutẽ ſeruiuit lenoni perinde quaſi meritorius puer queſtua
riumq; mãc pum eũ cebes ſocraticus emiſſe dicitur habuiſſeq; in phi
loſophum diſciplinis. atq; is poſtea philoſophus illuſtris fuit cuius no
mini Plato illũ librũ diuinũ de immortalitate animæ dedit. Aſſenſio

Ignorat natura a=nime

Aias in cęlũ redi re

Phedõ

Dicæarcho dicam ? qui nihil oĩno
animũ dicat eſſe. his ſententiis om
nibus nihil poſt mortẽ pertinere
ad quẽquã poteſt. pariter enim cũ
vita ſenſus amittitur. non ſentien
tis autẽ nihil eſt vllã in partẽ ꝙ in=
terſit. reliquorũ ſentẽtiæ ſpem affe
runt. ſi te forte hoc delectat poſſe
animos: cũ e corporibus exceſſerit
in cælũ quaſi in domiciliũ ſuũ per=
uenire A. me vero delectat idq; pri
mũ ita eſſe velim deinde etiã ſi nõ
ſit: ſic mihi tamẽ perſuaderi velim.
. M. quid tibi ergo opera noſtra o=
pus eſt? nũ eloquẽtia platonẽ ſu=
perare poſſumus? euolue diligẽter
eius eũ librum : qui eſt de animo.
Amplius ꝙ deſideres nihil erit. A
feci me hercule & quidem ſæpius:
ſed neſcio quomodo dũ lego aſ=

elabitur: Greci ſynchatateſin vocant quã latini aſſenſionẽ: ſine qua multa cõprendi & percipi ſenſibus nõ poſſunt: nec memoria quoq;: nec noticię rerum: nec artes ſine aſſenſione cõſtare poſſunt: per aſſenſionem enim cognita approbamus: vnde arceſilas & carneades exploͣdendi: quibus viſum eſt nihil percipi poſſe: quo cõceſſo tollendus aſſenſus eſt: quod enim eſt tam futile ꝙ quicquã approbare non cognitum: has autem probationes: quas gręci Syncatatheſes vt dixi mus: latini aſſentiones vocant: volũtarias eſſe ſcribit Au. Gellius: fieriq; hominũ arbitratu: quibus viſa noſcũtur diiudicãturq;. Vnde ſapiẽs: multis nõ aſſentitur quę inſipiẽs ſua aſſenſione approbat: putãs talia eſſe qualia ſibi primo animi ſui pulſu viſa ſunt. Aſſenſiões autẽ iſtę elabũtur: cũ nõ pſeueramus in approbationẽ incipimuſq; reprobare id, qđ prius approbabamus. Carendum eſſe: quod futuri tẽporis eſt: q metus ãgit animos mortaliũ pauentiũ ne toti extinguãtur: & omnis ſenſus vna cũ corpore itereat: ſicut in brutis aiantibus. Valere plurimũ: Apud bonos iudices vt inqt Lactantius in quarto Di. inſtitutionũ: ſatis hẽnt firmitatis teſtimonia ſine argumẽtis. Ad auctoritatẽ vt diomedes tradit quẽadmodũ ad anchorã decurritur: & auctore quintiliano ſũmorũ virorũ auctoritas p rõne eſt. Tãta fuit oli pythagorę apud pythagoricos auctoritas vt ẽt ſine rõne valeret: q ſiqd affirmare diſputãdo voluiſſent dicere ſolebãt αυτοσ εφα ipſe dixit. Cicero tñ arbitratur i ſecũdo de di-

Aſſẽſiões

Syncatatheſes

Teſtimonia ſine argumentis valde

Auctoritas p rõne αυτοσ εφα

ſentior cũ poſui librum: & mecum ipſe de immortalitate animorum cœpi cogitare: aſſenſio omnis illa elabitur. M. quid hoc? das ne aut manere animos poſt mortem aut morte ipſa interire? A. do vero. M quid ſi maneant A. beatos eſſe cõcedo. M. ſi intereant A. nõ eſſe miſeros: quoniam ne ſunt quidẽ. nã iſtuc coacti a te Pauloante conceſſimus. M. quomodo igitur aut cur mortem malũ tibi videri dicis: quę aut beatos nos efficiet animis manentibus: aut non miſeros ſenſu carentes? A. Expone igitur niſi moleſtum eſt primum animos ſi potes remanere poſt mortem: tum ſi minus obtinebis (eſt enim arduũ) docebis carere omni malo mortẽ ego enĩ iſtud ipſum vereor ne malum ſit non dico carere ſenſu: ſed carendum eſſe. M. auctoribus quidem ad iſtam ſententiam: quãuis optinere vti optimis poſſumus: quod in omnibus cauſis & debet & ſolet valere plurimũ: & primũ

uinatione nō eſſe philoſophi vti teſtibus:quē oportet argumētis & rō
nibus quare qcq₃ ita ſit docere. Antiqtate.ſ. vti poſſumus:tanta eſt in
quit Lactātius auctoritas vetuſtatis:vt ingrere in eā ſcelus eſſe dicat
Itaq₃ creditur ei tāq̄ cognitæ veritati vetera:vt elegāter refert qntilia
nus:maieſtas q̄dā & vt dixerim religio cōmēdat hinc a poetis vetu-
ſtas venerāda nuncupatur.

quidē omni antiquitate: que quo
proprius aberant ab ortu & diui-
na progenie: eo melius ea fortaſſe
quæ erant vera cernebat. itaq₃ vnū
illud erat inſitum priſcis illis quos
appellat caſcas Ennius eſſe in mor
te ſenſum neq₃ exceſſu vite ſic dele
ri hominem: vt funditus interiret:
idq₃ cum multis aliis rebus: tum
& pontificio iure & cerimoniis ſe
pulchrorū intelligi licet. quas ma
ximis ingeniis præditi: nec tanta
cura coluiſſent: nec violatas tam
in expiabili religione ſarxiſſent ni
ſi hæſiſſet in eorum mentibus mor

Veneran da vetu-ſtas

Quo ꝓpius: Quāto vici-
nius. Ab ortu: Ab origine
prima mūdi & hoim. Hoc
melius: tāto melius. Caſtos

Caſcū qd

appellat: lego caſcos. Caſcū
.n. ſignificat vetus. Cuius
verbi origo ſabia ē. Verſus
ennian⁹: quo priſcos appel-
lat caſcos: hic ē: quā primū
caſci populi genuere latini:
manilius ait caſcū duxiſſe
caſcā nō mirabile eſt. i. vetu
lā: nupſiſſe ſeni. papinius in
epigrāmate. qđ in adoleſ-
centē fecerat caſcā: ridicu-
lū eſt inqt cū te caſcū tua
caſca dicit. Inde caſſinū op
pidū dictū qđ vetus: & caſ
ſinū forū vetus appellāt oſcorū lingua caſnar ſenex dictus: in codici-
bus feſti pōpeii caſſum ꝓ antiquo legitur: cū caſcū legēdū ſit. Fūdi-

Pōtifices interp̄tes religionū

tus: Ita vt nullus ſenſus poſt fata relinq̄retur. Pōtificio iure: Cōſtitu-
to a pōtificibus: numa pōpilius pōtificē fecit eiq₃ ſacra oia attribuit
eiuſq₃ ſcitis ſacra oia priuata & publica ſubiecit: inſtituitq₃ vt idē pō-
tifex nō celeſtes mō cerimonias ſed iuſta quoq₃ funebria: placādoſq₃
manes e doceret liuius auctor Mar. Tullius in orone ꝓ domo ſua pō
tifices appellat antiſtites deorū interp̄tes cerimoniarū. Spōdeū pedē
appellarunt pōtificiū: quoniā eo in ſacris vtebātur neoterici ius pōti-

Pōtifici⁹ pes

ficiū canonicū appellāt. Cerimoniis ſepulchrorū: ſunt quædā ceri-
moniæ ſepulchrales: quæ ꝑtinēt ad funerationē & impenſā ſtructurā
q₃ ſepulchrorū. Titulus eſt apud iuriſcōſultos de religioſis & ſumpti-
bus funerū. Alter quoq₃ titulus eſt de ſepulchro ædificādo: quo ſcri-

Sepul chri vio-lati actio

bit vulpianus religionis intereſt monumēta extrui & exornari: ſepul
chri violati tanq̄ religioſi loci actio imprimis datur vt ſcribit Iulian⁹
titulo de ſepulchro violato: vbi annotandū eſt ſepulchra hoſtiū no-
bis religioſa nō eſſe ideo ꝑ lapides. Inde ſublatos in quē libet vſum

tem non interitum eſſe omnía tol lentem. atq; delentem : ſed quádã quaſí mígratíonem commuratio- nemq; vitæ quæ in claris viris & fœmínís dux ín cælum ſoleret eſſe ín ceterís humí retineret. & perma nerent tamen ex hac & noſtrorũ opiníone Romulus í cælo cũ díís agit æuum. vt famæ aſſentiens di- xit. Ennius. Et apud græcos: inde q; prolapſus ad nos & vſq; ad O- ceanũ Hercules tãtus: & tã pſens

conuertere poſſumus: ſepulchri autẽ appellatione omnem ſepulturæ locũ contineri exiſtimandũ eſt: ſepulchri violari actio infamiã irrogat Mar. Tullius refert leges de ſepulchris: quibus præcipitur ſepulchro- rum magnificentiã eſſe minuẽdam. Plato quoq; libro. xii. de legibus extrui vetat ſepulchrũ altius q̃ quod quinq; diebus viri quinq; cõſtrue re poſſint: lapides quoq; ſu perſtrui præcipit nõ maio- res q̃ vt poſſint defuncti lau des quattuor ſolũ heroicis verſibus æditas cõprehen dere: contra egyptii ſepul- chra magnificenter ędifi- cant: cũ in extruendis do- mibus ſin incurioſi: ſepul- chra enim defunctorũ ſem piternas domos: quoniam apud inferos infinitum ſic tempus vocant: domos ve- ro diuerſoria tanq̃ breui tẽ- pore a nobis inhabitandas Sanxiſſent : conſecraſſent: confirmaſſentq;: id enim ſancire eſt. Hereret: infixum eſſet. Quaſi mi grationem .M. Cato in libro de ſenectute diſſerens ait : ex vita iſta diſcedo tanq̃ ex hoſpitio non tanq̃ ex domo Commorandi enim na tura diuerſorum nobis non habitandi dedit. Dux in cęlum : ſecun- dum philoſophorum altam ſcientiam loquutus eſt: qui deprębende- runt: bene viuentium animas ad cęlum: ideſt ad originem ſuam ſta- tim redire: male viuentium vero diutius in his permorari corporibus & erraticas circum terram volutari. Ex hac opinione: ex ea opinio- ne: quę animos immortales tradit homines per apotheoſin referun- tur in numerum deorum & hiis aſcribuntur ſic Romulus: ſic Hercu- les: ſic bacchus. ſic innumerabiles alii creduntur eſſe recepti in nume rum deorum. De Romulo Romę conditore in cęlum rapto in nume rum deorum aſcripto. Liuius. Dionyſius. Ouidius: & cęteri multa p- diderunt. Inde prolapſus ad nos: Romani ſacra herculi fecerunt ritu gręco ex Romuli inſtituto: vt docet Liuius: refert herodotus: ita grę cos ab ęgyptiis tranſtuliſſe ſacra herculis: ſicut a gręcis Romani mu- tuati ſunt: fuit enim apud egyptios hercules vnus ex. xii. diis in nume ros fuiſſe hercules ferunt : ſed thebanum cumprimis diuulgauerunt. Et vſq; ad occeanum: Hercules religioſe colitur apud gaditanos: qui populi ſunt iſulani in oceano athlãtico. ex quo illud. Gades herculis

Magnifi- ca ſepul- chra egy- ptiorum

Diuerſo- rium

Sacra her culis ab egyptiis

bumidūq; tybur: olim Hānibal gades profectus herculi vota exoluit & ſacra fecit: prout liuius & ſilius meminerunt. Hinc ex hac immortalitatis opinione. Liber ſemele natus. Scilicet habetur deus: multos aūt fuiſſe liberos ſiue bacchos: ſiue Dionyſios: prodiderūt eruditi & explicat Diodorus: celebratior autē eſt & vulgatior qui ex Semele & ioue genitus eſſe fertur : quē Diodorus tertiū fuiſſe autumat : & thebis boetiis natū: qui dictus eſt liber: vel quia liberat ſeruitio curarū animū: vt ſentit Seneca: vel ob licētiā linguæ: fiūt enim pleriq; ex ebrietate liberiores petulātioreſq;: vel quia libertatis deus eſt: & vt auctor eſt plutarchus ꝓ boetię libertate pugnauit.

Liber pater vnde.

habetur deus. Hinc Liber de Semele natus: Eadēq; famæ celebritate Tindaridæ fratres, qui nō modo adiutores in pręliis victoriæ popu. Roma. ſed etiā nūcii fuiſſe peribentur. Quid Ino Cadmi filia nonne leuchotea nominata a græcis: Matuta habetur noſtris: Quid

Tindaridę fratres: Caſtor & pollux ſignificantur: nā vt inqt auſonius. Tindareus pater his & iuppiter : hic putat hic ſcit. Non modo adiutores: In. vi. tranquilli cōmētario enarrauimus queādmodū caſtor & pollux Domitio ænobarbo de victoria nūciarūt: cui minime credēti malas barbāq; manibus ꝑmulſerūt: & ex fuſca. In flauā cōuerterūt: vnde a barba rutila æneiq; coloris ænobarbi dicti: hinc ait Tertulianus: barbā a caſtoribus tactu irrufatam Dionyſius quoq; in. vi. antiquitatū miraculū memorat de caſtoribus: qđ .ſ. in pugna ad lacū regillū apparuerūt duo forma auguſtiore: ducentes æquitatū Romanū aduerſus latinos: qui haſtis feriebant propellabātq; aduerſarios: ſocios vero cohortabātur q̄ potiſſima cauſa fuit: vt latini fugarētur: & caſtra caperētur: iidē mox viſi ſunt ſudorē æquoꝝ abluentes: iuxta iuturnæ fontē: deinde cōſpectu mortaliū ſe ſubduxerūt: tūc ædes pollucis & caſtoris. In foro extructa eſt: quos tindaridas appellant: ſicut helena eorū ſoror tindaris nūcupata. Quinetiā tradūt hiſtorici tindaridas fuiſſe opitulatores locrenſiū in bello aduerſus crotoniatas: viſoſq; pugnare q̄diu profligati ſunt hoſtes. Ino: fabulā inonis refert Ouidius in. iiii. Metamorphoſeos: queādmodū .ſ. ino vna cū melicerta filio de ſcopulo ſe ꝑcipitē miſit in mare: amboq; facti ſunt dii marini de quibus Cyprianus ſic refert : melicertes & leucotea ꝑcipitātur in maria: & fiūt poſt mō maris numina: ino dicta leucothea: quaſi candida dea a græcis: a latinis: matuta: vnde in faſtis ait: leucothoe grais matuta vocabere noſtris autumat priſcianus matutā eſſe aurorā: a qua matutinus deducit̄: ſic. n. ſcribit in ſecūdo. Matutinus a matuta: q̄ ſegnet aurorā: vel vt quidā leucoteā: illud obiter

Barba trufata.

Caſtores opitulatores.

Leucothea Matuta

totum prope cælum ne plures ꝓ ſequar:nonne humano genere cõ plecum eſt: ſi vero ſcrutari vetera & ex his ea quæ ſcriptores græciæ prodiderunt. eruere coner ipſi illi maiorum gentium dii qui habentur hinc a nobis profecti in cælum reperientur. Quære quorum demonſtrãtur ſepulcra in græcia: reminiſcere: quoniá es initiatus: quę traduntur myſteriis: tum deniq; q̃ hoc late pateat intelliges. Sed qui nondum ea quæ multis poſt annis tractari cœpiſſent: phyſica didiciſſent tantum ſibi perſuaſerant q̃

annotandum: quod annotatu dignum eſt: ancillis ædem matutæ ingredi nefas fuiſſe apud Romanos: cũ vnã tantum introducãt: quã alapis cedunt: cauſa eſt quod ino ancillas peroſa ſit: virũ rem habere cũ ſerua ſuſpicata apud hanc quoq; deam ſuis filiis bona nõ optant nepotibus optant: ꝓpterea quod ino in filiis extitiſſe infœlix videtur: in filio vero ſororis baccho fœlix: cui mammã præbuit mitiq; erga illum & humano igenio fuit. Humano generæ: Plinius in hanc ſniam Maior celitũ populus etiam q̃ hominũ intelligi poteſt: hic autem eſt vetuſtiſſimus referendi benemerentibus gratiam mos: vt tales numinibus aſcribãt. Gentium dii: Lactantius. Tertulianus Cyprianus: euidentiſſime ꝓbant deos gentiũ homines fuiſſe: vt iouem: neptunum Iunonem: æſculapium: & id genus innumeros. Cicero quoq; in libro de conſolatione nõ dubitauit dicere deos qui publicæ colerentur homines fuiſſe: Quinetiam Lactantius ſũ dicere totum pœne cælum humano genere completũ: allegat hæc verba ex tuſculanis. Idem in libro de ira dei. Nimirũ inquit hi omnes qui coluntur vt dii: homines fuerunt. Demonſtrantur ſepulchra: Mar. Varro. Solinus. Cyprianus cæteri: tradunt ſepulchrum iouis in creta viſitatum in oppido gnoſo fuiſſe: quod inditio eſt iouem hominẽ fuiſſe: hinc Lucanus. Tã mẽdax magni tumulo q̃ creta tonantis. Itẽ in oeta monte fuit ſepulchrũ herculis: quem pyram vocant. In nyſa ſepulchrum bacchi: de quo tamen varie ꝓditur: ob hoc dixit Plinius: querat nunc aliquis quod liberi patris ſit ſepulchrum. Initiatus: Imbutus ſacris ſacratus. Initia enĩ ſacra dicũtur. Ait Mar. Varro: q; initiis cereris porci immolantur: & q; initiis pacis fœdus cum feritur porcus occiditur. Alio nomine initiationes nuncupantur: quę vt ait Tertullianus ſemper arcent ꝓphanos: & arbitris cauent. Myſteriis ſacris: ſecluſa ſacra antiquitus dicebantur: quę gręci myſteria appellant: Vnde myſte dicti ſacerdotes vt apud auſoniũ. Senecam: & papiniũ. Et ſymmyſte cõſacerdotes eiuſ=

Edes matute interdicta Ancillis

Dii gẽtiũ homines

Sepulchrũ iouis ĩ creta

Initia

Secluſa ſacra

Myſteria

Myſtę.

Symmyſtę

dēmqꝫ ſacris initiati : qua dictione apuleius. Sidonius Hieronymus
vtuntur. In myſteriis autē tradebātur multa arcana : q̃ in vulgus an-
nunciāda nō ſunt. Cū auctore Tertulliano oibus myſteriis ſilentii fi-
des debeatur. Symbola quedā ſunt myſticaq̃ docēt hoies fuiſſe qui
pro diis colebātur: lege Euſebiū in preparatiōe euāgelica: in ſacris iſi
dis & ſerapidis erat ſimula-
chrū: quod digito labiis im
preſſo admonere videretur
vt ſilentiū fieret: quod ſigni
ficat: vt inqt Auguſtinus: vt
hoies eos fuiſſe taceretur.
Dicebatur aūt monitor ille
Harpo-crates ſilētii deus harpocrates: de
quo idonei ſcriptores non
pauca de quo catullianū eſt
illud: factū me eſſe puta har
pacroten. Phyſica: philoſo-
phias phyſicas ſiue natura
les: qua cauſas rationeſqꝫ re
rū pſcrutātur. Imperiti phi
loſophos irreligioſos putāt
tanq̃ deos eſſe abnuant: qui
veluti rerū naturæ patroni
cauſas meras & ſimplices ri
Phantaſ-ma viſum mātur. Viſis quibuſdā: Grę
ci φαντασμα dicūt: qđ
Mar. Tullius docēte macro
bio viſum vocat: quæ ſpe-
cies vna & nomē eſt eorū: q̃ dormiētes videre ſibi vidētur. Qui vi
tā exceſſerāt: ſic apud Virgiliū viſa de hinc cælo facies delapſa parē
tis anchiſæ ſubito tales effundere voces Macrobius oraculū dici au-
tumat cū in ſomnis parens vel alia ſancta grauiſqꝫ pſona quippiā de
nunciāt. Firmiſſimū: pro potētiſſimo argumēto. Deorū opinio: per-
ſuaſum inſitumqꝫ a natura eſt cūctis mortalibus deos eſſe : & quāuis
varia ſit de deo inter hoies opinatio atqꝫ diſſidiū: nemo tamē ferme
eſt qui deū neget: pręclare eni Ariſtoteles inquit: & a Mar. Tullio re-
petitum eſt: ſi eſſent hoies qui ſub terra ſemp habitauiſſent: & deinde
Deos eē cōſenſus gentiū ē repēte euadere in hæc loca: quę nos incolimus atqꝫ exire potuiſſent:
pulchritudine mūdi. Curſibuſqꝫ ſtellarū ordinatiſſimis cōſpectis: pro
fecto & eſſe deos: & hęc tanta opera deorū eſſe arbitrarētur. Lactan-
tius quoqꝫ neminē eſſe ait tā rudē tam efferis moribus qui nō oculos

tum natura admonente cogno-
uerant: rationes & cauſas rerum
non tenebant. Viſis quibuſdam
ſæpe mouebantur: hiſqꝫ maxi-
me nocturnis vt viderentur hi qui
vita exceſſerant viuere. Vt porro
firmiſſimum hoc afferri videatur
cur deos eſſe credamus: ꝙ nulla
gens tam fera: nemo omnium tam
ſit immanis: cuius mentem non im
buerit deorum opinio: multi de
diis parua ſentiunt. id enim vitio-
ſo more effici ſolet: omnes tamen
eſſe vim: & naturam diuinam ar-
bitrantur. Nec vero id collocutio
hominum aut cōſenſus efficit: nō
inſtitutis opinio eſt confirmata.
non legibus: omni autem in recō

ſuos in cælũ tollẽs eſſe intelligat aliquã dei ꝓuidentiã: qua regat̃ hoc omne quod cernitur. Praua ſentiunt: Alii arbitrãtur deũ eſſe: ſed mortalia nõ curare: alii matrimonia inter deos eſſe crediderũt: aliis nullus eſt: deorũ reſpectus aliis pudendus. Diagoras quidã athenis fuit: qui nullũ omnino deũ eſſe diceret: ob eãqꝫ ſententiã cognominatus eſt — De deo

ſenſio omnium gentium lex naturę putanda eſt. Quis eſt igitur qui ſuorum mortem primum non eo lugeat. ꝙ eos orbatos vitę commodis arbitretur. tolle hanc opinionem luctum ſuſtuleris. nemo enim mœret ſuo incommodo. dolent fortaſſe & anguntur: ſed illa lugubris lamentatio fletuſqꝫ mœrens ex eo eſt: quod eum quem dileximus vitæ commodis priuatum arbitramur idqꝫ ſentiret: atqꝫ hæc ita ſentius natura duce nulla ratione nullaqꝫ doctrina: maximum vero argumentum eſt naturam ipſam de immortalitate animorum tacitam iudicare: quod omnibus

atheos: protagoras quoqꝫ extitit: qui ſibi diceret nõ liquere vtrũ eſſet aliquis deꝰ ob hoc athenieſes ipſum vt pote impiũ & irreligioſum ſuis finibus expulerũt: libroſqꝫ eius inconcione exuſſerunt: male vt inquit Auguſtinus viuitur: ſi de deo non bene creditur. Lex naturæ Conſenſus hoim cunctorũ habẽdus eſt ꝓ lege naturæ ius enim naturale ſiue naturę legẽ appellant iuriſcõſulti: id quod natura omnia aĩalia docuit: vt id nõ ſolũ ad homines: ſed etiam ad bruta animantes referatur: cui proximũ eſt ius gentiũ: quo humanę gentes vtuntur: primus gentiũ cõſenſus cõſpirauit vt ionũ litteris vterẽtur: ſecũdus gentiũ cõſenſus in tõſoribus fuit. Tertius cõſenſus fuit in orarũ obſeruatiõe: vt Plinus refert. Nos vero dicamus primã gentiũ conſenſionẽ fuiſſe: vt deũ eſſe arbitrarentur. Luctũ ſuſtuleris: luctus ęgritudo eſt ex eius qui carus fuerit interitu acerbo: in luctu atrati ſunt purpura auroqꝫ depoſitis: cũ eluxerũt nigrã veſtem exuunt purpurãqꝫ reſumũt: & ita intelligendũ eſt apud liuiũ ſcribẽtẽ matronas luxiſſe brutũ vt parẽtẽ ãnuo tpe. Meret: Meror ęgritudo flebilis ẽ. Meſtitudo dicebat̃: q̃ nũc mæſtitia. Merere dictũ eſſe a mercere autumat Mar. Varro ꝙ merore corpus marceſcere dicit̃. Lugubris lamẽtio: leſſum ĩtelligi vult: q̃ vox lugubrẽ eiulationẽ ſignificat quãuis ſextꝰ heliꝰ & lutiꝰ. Attiliꝰ ſuſpicati ſint leſſũ eẽ aliqđ veſtimẽti genꝰ fũebris: & ita ĩterꝑtati ſunt verba legis xii. tabularũ: q̃ hęc ſũt: neve leſſũ fũeris ergo hñto qbꝰ ſignificat̃ lamẽtationẽ lugubrẽ i fũeribꝰ ꝓhiberi tolliqꝫ Idqꝫ ſentire: tãq̃ mortuus ſẽtiat ſe priuatũ vitę cõmodis: qđ ſi ita ſit argumẽtũ haud dubiũ ẽ immortalitatis

Atheos

Lex naturæ

Cõſenſus gentium

Luctus.

Meror

Leſſũ qđ

curæ ſunt: & maxime quidem quę poſt mortem futura ſint. ſerit arbores quæ alteri ſæculo proſint vt ait Statius in ſynephebis: quid ſpectans. niſi etiam poſtera ſæcula ad ſe pertinere. ergo arbores ſeret diligens agricola quarum aſpiciet baccam ipſe nunq̃ vir magnus leges inſtituta remp. conſerit quid procreatio liberorum. quid propagatio nominis. quid adoptiões filiorum quid teſtamentorum diligentia quid ipa ſepulchrorum monu-

Quę poſt mortẽ futura in hanc ſniam ait Plinius de homie loquens vni animantiũ luctus eſt datus: vni ſupſtitio: vni ſepulturę cura: atq́ etiam poſt ſe de futuro: pliniani codices de futura habent: tu vero lege de futuro: vt ſit ſenſus vni hoi de futuro: hoc eſt de rebus poſt ſe futuris curã eſſe. Serit arbores: Mar. Tullius in Catone eadem refert explicatius cum ait ſerũt arbores: quę alteri ſeculo proſint. vt ait ſtatius noſter in ſynephebis: nec vero dubitat agricola quãuis ſenex q̃renti cui ſerat reſpondere diis immortalibus: qui me non accipere tantum modo a maioribus voluerunt: ſed etiam poſteris tradere: ſtati⁹ autem cecilius ſignificatur: qui comediarũ poeta inclytus fuit: cui ſedigitus palmam ſtatuit inter comicos poetas: qui propterea nomẽ habuit ſtatius: quia ſeruus

Statius nomẽ ſeruile

fuit: ſtatius enim ſeruile nomen eſt. In ſynephebis: Nomen eſt comedię ab argumẽto dictę: in qua ſynephebi: ideſt ſimul pubeſcentes adoleſcentuli inducebãtur. Synephebi enim ſimul pubeſcentes dicuntur gręci exephebon: ϖοΔα vocant puerum. xv. annorum exephebon. xvii. vt ſcribit cenſorinus:

Synephebi.

Baccam: Fructũ baccę differunt ab acinis: quoniã acini ſunt minores: baccę maiores: magna quoq́ eſt baccis differentia. Alię nãq́ ſũt oliuis & lauris alię cornis alię mirthis ac lentiſco. Alias bacca ſignificat margaritam: vnde baccatum monile apud Virgilium & Silium

Baccę

